



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



4^o Diff.
3608 f. 1.

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
DE

ib.

Propulsatione vis injustæ.

OUAM
FAVENTE DEO TER OPT. MAX.
Ex Auctoritate Magnifici D. Rectoris,
D. GODEFRIDI BIDLOO, Med. Doct. Anat. &
Colleg. Pract. in Acad. Lugd. Bat. Profess. Ordin.
ut & Colleg. Chir. ejusd. Civit. Præsidis,

NEC NON
Amplissimi Senatûs Academici consensu, & celeberrimæ Facultatis JURIDICÆ Decreto,
PRO GRADU DOCTORATUS,
Summisque in UTROQUE JURE Honoribus, & Privilegiis
ritè ac legitimè consequendis,

Examini sistit publico
CHRISTOPHORUS VANDER MOESEL, Haga-Bat.
Ad diem 16 Julii, S. N. loco, horisque solitis.



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud ABRAHAMUM ELZEVIER,
Academiæ Typographum. MDCXCVI.

8.

Reinoldum præceptoris suum vocat Wieling
Leh. Jur. Civil. p. 458. in fine

Auctorem esse R. H. Reinoldi patet ex Wielingii innotend
2. G. 5.

Digitized by Google

V I R O

Illustriſſimo, Ampliſſimo, Grauiſſimo,

THEOFARDO AB AYLVA,
BARONI IN AYLVA,

D^o. In Oldelant, Nerynen,
& Klingelenburg,
&c. &c. &c.


Grietmanno & Quæſtori Gene-
rali in Wonsradeel.

N E Q U E N O N

Senatori in Confeſſu Archita-
laſſico apud Friſios: &c. &c.

*Hoc Exerciſium Inaugurale debita
animo reſtiſicatione in-*
ſcribit

Auctor.



D I S S E R T A T I O

D E

Propulsatione vis injustæ,

P R Æ F A T I O.

Disputationis argumentum vulgò triplex vel systematicum, vel legale, ut ita dicam, vel controversie illustris disceptationem continens. De systematico vix est, ut quid dici possit, quod non dictum sit prius, cum circa fundamenta juris versetur, iisque absolvatur plane: adhuc tot tantisque disputationibus & promiscuis operis systematica materies est exhausta, & , ferè dixerim, prostrata, ut, si cui ea placeat, actum age-


A 2

re,

19
re, licet molestum, tamen necessarium sit, omni scilicet novum quid dicendi spe, etiam acutissimo, relictâ duntaxat, circa varium dicendi ordinem, nisi ingenii fiduciâ cum Ant. Fabro receptas hætenus juris sententias tentare sustineat. Argumentum legale, (quod textuale dicunt alii) consistit in ipsâ legum perscrutatione, earum præcipue, quæ damnatarum nomine circumferuntur: atque illa ipsarum legum tractatio, uti nobilissima sine dubio pars interpretandi juris, ita & difficillima, si quis non cum aliis sapere, sed sibi constare velit. Tertium, quod diximus, argumentum versatur circa quæstionem juris illustrem, estque bonum, si benè disceptetur, id est, novâ ratione & lege, vel recepta à plerisque sententia firmetur, vel, quod potius, adstruatur nova: sin vero res agatur secundum vulgares invariovarum regulas, passim præscriptas, utique tum materie dignitas systematicam rationem vix exsuperat.

Nobis animus est ex propositâ triplicis argumenti ratione, quoad poterimus, optimâ, delineare doctrinam
de Propulsatione vis injustæ, & circa eam moderamine inculpato. Ordo agendi hic erit: Capite primo quid de propulsatione vis injustæ jure Naturæ & Gentium obtineat, videbimus; secundo, quid jure Civili, si quidem vis illa sit corpori; tertio, si bonis; quarto, denique, si existimationi.

CA.



CAPUT | Primum

| PRIMVM

Quemadmodum jure Naturæ Gentiumque vis injustæ propulsatio locum habeat, videamus. Et quidem jure Naturæ sibi primas vindicat illud vulgare Tullii *omnem rationem, expedienda salutis honestam esse*. Etenim Naturale jus, si cuilibet non concedat facultatem aliorum bona & corpora sibi vindicandi (quod quidam & fortean etiam Pomponius docent in *l. 5. §. 2. ff. de capt. & possl. revers.*) utique sine dubio ad tutelam sui admittit non tantum, sed & cogit quemlibet. Admittit, cum nullam personarum differentiam, non herum, non servum, non Principem, non subditum, agnoscat, adeoque me quasi gladio armat, ut adversus vim omnem, quavis ratione me tuear. Cogit quoque jus Naturæ, quia conservatio sui suorumque prima ejus regula est; *pro Milone* Cicero *hoc, inquit, & ratio doctis, & necessitas barbaris, & mos gentibus, & feris Natura ipsa præscripsit, & passim alibi idem auctor*. Suadent itaque & imperant *τὴν πρῶτην* *Καλὴ* *φύσιν*, illa Naturæ jussa, quæ omnibus animalibus inter se communia esse Ulpianus tradit in *l. 1. §. 3. & 4. de just. & jure*. Verum res de propulsatione omnis vis ex lege Naturæ non habet difficultatem. De jure Gentium quid dicemus? igitur postquam à statu naturali recessum est, & in Civitates conventum, inventa sunt jura, quibus ut pareatur, communis utilitas, justis propè mater & æqui, voluit, ne alioquin genuina societatis causa intercideret. Quid autem inde? *De vi justæ resistamus*. Justa vis est quam Rectores Civitatis, eorumve Administristri, inferunt; ita enim communi Civitatis sponcione placuit, ut tranquillitas publica, suprema populi lex, obtineri queat. Atque ea propter liquet, circumscriptam esse jure G/ illam defendendi sui licentiam, quam Naturæ lex operatur *invariabili semet conservandi desiderio*: justam quippe vim ne declinemus jubet; injustam, à priva-

| *in Orat. pro Clitone*
cap. IV:

| *l. c. cap. XI.*

| *entium*

res videlicet illatam, eversionem permittit, cum eo casu res relabatur ad statum Naturæ.

In
gentium,
gentium
gentium
Hæc omnia Jurisconsulti nostri, veræ Philosophiæ Magistri, docuerunt *Adversus periculum Naturalis ratio permittit se defendere*, ait Gajus in l. 4. princ. ff. ad l. Aquil. & vim vi repellere naturâ comparatum esse, Ulpianus in l. 1. §. 27. ff. de vi & vi arm. simpliciter nimirum & indistinctè. Porro in l. 1. §. ult. de just. & jur. postquam, quid sit jus G^l dictum erat, in l. 2. eod. aliqua ejus exempla referuntur, & in l. 3. ex Florentino illud: *ut vim atque injuriam propulsemus*. Redditur ratio: *nam jure hoc evenit, ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, jure fecisse existimetur*. additur & alia, sed ferè moralis. Variè autem Florentinus exagitur, quod propulsationem injuriæ ad jus G^l, non Naturale, retulerit: varia itidem sunt remedia, quibus frustra obviam itur huic difficultati. Dicamus ita: *vim atque injuriam in d. l. 3.* accipi pro *vim injustam*, notissimâ locutionis figurâ & exemplo. Atque ita, secundum ea, quæ modò disputavimus, sensus erit; licere jure G^l injuriam sive vim injustam propulsare; idque *jure evenire* inquit Jctus, non Naturâ tantum, & rectè, ita quippe tacitè convenit in Gentium Societatibus, sicut contra expressè, ne utamur jure, quod nobis Naturâ competit i. e. omnigenâ defensione, at pareamus vi justæ, hoc est Magistratui.

gentium
Cæterum quæri posset, ane & jure Gentium in propulsandâ vi injustâ aliquod moderamen sit servandum? sanè inter omnes peræque Gentes ratio naturalis dictavit, defensionem oportere esse moderatam, sed quousque eo jure moderatio se extendat, difficile est dictu: non errabit fortasse, qui ad normam LL. Romanarum hac in re G^l jus reducat.

gentium
| SECUNDVM.

C A P U T | Secundum.

Jure nostro, quomodo se res habeat, audiamus Paulum in l. 45. §. penult. ff. ad l. Aquil. *Qui, cum aliter se tueri non possent, damni culpam dederint, innocui sunt: vim enim vi defendere omnes leges, omniaque jura permittunt. & hoc, si invidi dimittat, non vim ullo modo causa factum sit.*

Hæc

Habemus heic regulam generalem, vim vi defendere omnes leges, omniaque jura permittant, nimirum, Naturalia & Gentium, ut vidimus, atque etiam Civilia. Quæ autem sit defensio, hæc clausula docet: *Sis nandi duntaxat, non etiam ultiscendi occasio factum sit.* Non est singulis concedendum, quod per Magistratum fieri possit, l. 176. de R. J. Ideoque Magistratu ex jure G. constituto, propulsio duntaxat vis injustæ conceditur, ut Cap. I. probatum est, interdicta autem ultio, ne occasio detur majoris tumultus, cum vindicare nihil sit aliud, quam sibi jus dicere, *juris autem publici tutela videtur in medio conficienda, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem*, inquit Imp. in l. 14. Cod. de Judæis. Quousque autem se extendat defensio, priusquam ad vindictam descendatur, ex speciebus, quas enarrabimus, diversis constare poterit: ut quæ ad ~~inimicorum~~ rectè tractemus, secundum præscriptam ordinis rationem, de vi illatâ corpori despiciamus primò.

Tutela corporis procul dubio est omnium maximè commendata, nam cum semel occidit brevis lux, nox est perpetuo una dormienda: hinc *gladium ad occidendum hominem ab ipsis legibus porrigi se defendentibus* Cicero pro Milone dixit: quo cum effato plurima juris nostri loca respondent, l. 4. pr. ff. ad L. Aquil. l. 2. 3. & 4. C. ad L. Corn. de Sicar. rationem reddit Imp. Gordianus in d. l. 3. *Defensor propria Salomonis in nullo peccasse videtur.* Tutela autem sui ut inculpa sit, Accursius & cura eo plurimè requisita præscriperunt: Primum, ut pari armorum genere adventarius repellatur: dein, ut illicò, tertio, ut ad defensionem, non ad vindictam. Primum requisitum sic satis est absurdum, cum ipsa defensionis natura, præter alia innumera (quæ exequitur Mar. Salomonius ad l. 3. de Just. & J.) contrarium suadeant, jubeant. Unde Jac. Guciacus in *Comment. post* ad d. l. 3. hanc opinionem merito vocat *ridiculum*: quinimo nullo jure dixerit quis, me modum tutelarem excedere, si vel inermem armis repellam, quod tamen, nescio quâ ratione, fatetur Guciacus *dillo loco*. Quovis modo me tueri cur mihi non sit integrum? Non est hæc *pugna duellantis*, ut bellissimè Salomonius, adeoque nec leges ejus observandæ: Cassius quoque & Ulpianus hoc non negant in l. 1. §. 27. ff. de vi & vi arm. cum ajunt, *arma armis repellere licet*. Sed non lubet hæc Accursii æqualitatem pluribus manifestè iniquitatis postulare. Secundum

centium

10 / *πτοκύνειον*

10 / *cap. III.*

umo

re-

l^c
requisitum, quod videlicet incontinenti faciendâ sit defensio; est quidem necessarium, sed implicitum tertio, de prohibitâ vindictâ: est enim ultio, quæ ex intervallo fit, defensio, quæ ex continenti: ultio supponit deliberatam lædendi animum, defensio solummodò semet conservandi desiderium. Unde in l. 3. §. 9. ff. de vi et vi arm. scriptum est, etiam, qui cum armis venit, posse nos armis repellere, sed hoc confessim, non ex intervallo, hoc est, in ipsâ velut concertatione, tertio tempore autem in incontinenti præscribatur, incertæ videtur definitionis, atque unice pendere ex facti circumstantiâ. Itaque defungi possumus unico requisito, nimirum in legibus defensionis, quoad oportet, servandis: illæ autem quæ sint, diximus supra, & ostendit Innocentius III. in Cap. xviii. x. de homic. volunt. vel cas. *Quamvis*, inquit, *vim vi repellere omnes leges, et omnia jura permittant, quia tamen id debet fieri cum moderamine inculpata tuta, non ad suspendendam vindictam, sed ad injuriam propulsandam; non videtur &c.*

ff
Pressius adhuc moderaminis inculpati regulas describit Paulus in exhibitâ superius l. 45. §. pen. ff. ad L. Aquil. *Qui aliter, ait, se tueri non possunt, innocui sunt.* Angustior videtur hæc interpretatio, quam ut eam egressi dolo fecisse videantur, atque adeo Cornelie fiant obligati. Improbabile non est igitur, si hanc Pauli legem ad Aquiliam, quam explicat, duntaxat referamus, putâ quod hæc majorem circumspectionem desideret, cum & culpam, & imprudentiam plectat. Verum tamen, licet secundum vulgarem sententiam isthæc transferas ad moderatam sui tutelam, cujus exacta observatio tantummodò à Corneliâ absolvit, salva res est; oportet enim & illa sit necessaria. Quæ autem hæc? si quis aggressorem retundat, ut tueatur locum, quem leges ei dederunt: omni quippe jure comparatum est, ut stationem meam adversus quemcunque tuear, si quis ab eâ me depellere nitatur, aliter me tueri non possum, quam repulsione contrariâ.

Suaves itaque sunt Interpretes, qui ex oratione Pauli, etiam fugæ necessitatem requirunt, ut moderatæ tutelæ fiat satis. Non lex, non ratio illud flagitat, propulsandam injuriam, non fugiendum leges ajunt, aliter si nequeam locum tueri, vim vi repellam: qui fugit, se non tuetur, sed cedit in vasori, quod lex non

non vult, utique non jubet.: taceo fugæ turpitudinem, & quod magis, præsens quandoque periculum exponendi terga percussoris ictibus. Adde omnino l. 17. ff. de vi & vi arm. & l. 1. Cod. unde vi, de quibus Cap. seq. Atque hæc juridicè tantum, alie enim sunt leges Cæsarium, alie Christi: aliud Papi- nianus, aliud Paulus noster præcipit, inquit alibi D. Hierony- mus.

Sic habemus definitam doctrinam de tuitione sui: cætera, quæ huc spectant, vix est, ut in definitionem certam cadant. Quærent enim, an modos tutelares excesserit, qui percussit nondum percussus, sed minis & armorum timore adactus? an rixæ auctor, non autem pugnæ, moderamine tutelæ ceciderit? an qui occidit, cujus os duntaxat erat depalatum? & latè, an oporteat inculpatam tutelam probare? in his & similis naturæ negotiis jus ex re constituendum puto.

Illud dubitationem non habet, quod si quis moderaminis li- mites transilierit, & plenus irarum à defensione ad vindictam profilierit, ex communi omnium opinione ratio poenæ mitioris sit habenda, quia *difficillimum est justum dolorem temperare* l. 38. §. 8. ff. ad L. Jul. de Adult. Ignoscendum autem ei, qui voluit se ulcisci provocatus, ait J Ctus in l. 14. §. 6. ff. de bonis libert.

Propter membri mutilationem occidere licere, etiam Gro- tius concedit lib. 11. C. 1. §. 6. de Jur. belli & pac. neque mi- rum: at fere otiosa est hæc disputatio, cum raro aggressores moneant, se duntaxat membri mutilandi causâ accedere.

Vis etiam corpori infertur, si quis in alterius pudicitiam irruat. Unde Marcianus refert in l. 1. §. 4. ff. ad L. Corn. d. Sicar. Divum Hadrianum rescripsisse, *eum, qui stuprum sibi vel suis per vim infe- rentem occidit, impare dimittendum*, & Paulus sens. recepr. V.

hit. 23. §. 8. postquam scripserat, stupratorem violentum, æque ac latronem, jure cæsum videri, ἐπιφωρηνῶς addit: *Alius enim vitam, alius pudorem publico facinore defendit*, præsertim, cum stupri metus major, quam mortis, esse debeat, ut idem J Ctus in l. 8. §. 2. ff. quod met. caus. Cujus rei conspicuum in Lucretiâ exemplum historia memorat. Recepta itaque ubique Gentium pudoris æstimatio in causâ est, cur justa sit rei sanctissimæ tuitio adversus irreparabilem jacturam, idque etiam cum periculo vitæ aliene. Sed non hoc tantum, verum & metus alienus mali

B

hujus

hujus repulsæ ratio esse potest; nam ecce homo malefactoris manus, verbera, cædes intentare paratus erit, ni pareatur.

TERTIVM.

CAPUT Tertium.

cap. III. lib. XI. Ia

Non vis est solum, si homines vulnerentur, vis est & tunc quotiens quis in alterius bona nullo jure involat. Cautum vero est LL. XII. Tabb, ut sicita sit furis noctu deprehensi occisio; interdium deprehensi ita, si telo se defendat, quemadmodum testatur Gajus in l. 4. §. 1. ff. ad. l. Aquil. & l. 54. §. 2. de furt. Ulpianus in l. 7. §. 1. ff. quod met. caus. Et Cicero, pro Milone Seneca Controv. x. ult. Gellius Noct. Ar. rap. ult. Aliique. Distinguit igitur Lex decemviralis inter furem nocturam & diurnum, ut huic, nisi se telo defendat, occidere permissum non sit, illum vero simpliciter, i. e. quocummodo, ut Tullius & Seneca locis laudatis loquuntur. Differentiæ ratio varia redditur à Variis, quo de Grotius de J. B. & P. II, 1, 12. ipse autem vel obscurus, vel à vero procul videri potest. Constituamus ita: ob jacturam bonorum jure Civili licitam esse cædem, atque ita furem, qui noctu res mihi aufert, posse me prosternere, cum nulla sit apprehendendi spes, ubi nullus est hominum occurfus; res igitur mea sine cæde esset abitura. Interdium autem, si clamor sit, est & undique concursus, adeoque furem prehendere, & ita bona recuperare magis est in facili, *εἰ γὰρ ἡμετέρας δυνάμεις πρὸς τοὺς βοηθούς καλῶς αὐτῶς, εἰς τὴν οὐρανὴν*, appositè Ulpianus ad Orat. Demosthen. contra Timocrat. occupatus videlicet in expositione Legis Soloniæ quod ad furis nocturni & interdiani differentiam. Quod si telo se defendat, jam accedit novum factum, *εἰς ἃν ἀνὴρ πρὸς τὸν κλέπτην*, inquit de hac ipsâ specie Augustinus II. Quest. sup. Exod. qui locus extat in Cap. 3. de homicid. Ego, ne res abeat mea, instabo; ille vel ferro, vel ligno, vel lapide (hæc quippe sub teli appellatione continentur l. 233. §. 2. de ff. Sign.) me repellet, neque me tantum, sed & quemlibet, dummodò eum prehendere velit. Quid ergo? vim vi depellam, idque adusque mortem, si pergat mihi vim facere, dum verior in facto licito recuperandi bona. Atque his videtur absolutæ sententiæ & ratio XII. Tabularum.

Wc. Iu

volunt. vel cas.

Videamus, nunquid novi Jctorum disputatio attulerit. Gajus

*) Senecæ locus ex Pat. Controv. lib. V. controversia 35. p. 323. edit. Elzeviriana. Excerpta Contr. lib. X. declam. 6 p. 429. ***) Vid. Cuiacius observ. 12. libri XIX. ex quo Auctor hic loci profecit.

ius in d. l. 4. §. 1. ff. ad l. Aquil. in cæde furis tam nocturni, quam diurni, requirit: ut id ipsum cum clamore testificetur, & Ulpianus in l. 9. ff. ad l. Corn. de Sicar. Furem nocturnum si quis occiderit, ita de manu impune feret, si parcere ei sine periculo suo non potuit. Tam Gaji, quam Ulpiani limitationem Tribonianus arguit Jac. Gothofredus ad tabulam secundam rōv duodecim, lib.

Alii (Cujacius xlv. Obsero. 15.) Legem decemviralem hac parte antiquatam esse existimant. Alii aliter. Videtur autem, quod de testificatione cum clamore dicit d. l. 4. §. 1. ita accipiendum esse: Occidere licet, sed non ita, ut cædem suppressas, ut res clam habeatur, sed ut illicet palam contesteris, cædem te perpetrasse, & quâ de causâ. Ita malamus, quam clamorem intelligere ante cædem, vel in ipsâ cæde, necessarium; prius etenim periculosum, quum ita, qui latere potuisset, latronem in se concitaturus sit; posterius inutile, cui namque bono in cæde clamabitur? Quod ait d. l. 9. ff. ad l. Corn. de Sicar. si parcere ei sine periculo suo non potuit, intelligimus de periculo vitæ bonorumque: atque ita furem sine injuriâ meâ fugientem telo prosternere non possum, cum cesset periculum, quod mihi bonisque fuit metuendum. Hoc ipsum idem Ulpianus docet in l. 5. pr. ff. ad l. Aquil. si metru quis mortis furem occiderit, non dabitur, quin lege Aquilia non teneatur. Sin autem, cum post se adprehendere, maluit occidere, magis est, ut injuria fecisse videatur: ergo & Corneliâ tenebitur. Nimirum si sine periculo meo fugiat fur, vel certò constet, posse me eum commodè & prehendere, & servare, impune non feram, si occidere maluerim, teneboret enim & Aquiliâ, & Corneliâ. Sollicitè autem heic distinguendi videntur duo casus, alter certitudinis, alter incertitudinis. Ut, si indubitatè constet, posse sine ullo periculo me furem includere, aliove modo prehendere, Corneliâ tenere, si cædem prætulero, & de hoc casu sine dubio exaudienda est l. 5. ad l. Aquil. & l. 9. de Sicar. Sin autem res sit incerta, quid tum? Summo jure hominem occidam, & quia fur nocturnus est, & quia exploratum mihi non est, an, & quemadmodum sine periculo meo eum apprehendere possim: melius tamen fecero, si in casu hujusmodi incerto tentem, an non detur prehendi copia; de isthoc prudentis patris-familias officio Paulus l. v. Sentent. est intelligendus, cum apud Auctorem Collationis Legis Ro-

uit. Genev.
a. 1653.

58. et p.
p. 195. in fontib. II. Jur. civ.

15 Curpi

VII. §. 2

15

1u

mana & Judaica, Tit. ita loquitur: *Si quis furem nocturnum, vel*
diurnum, cum telo se defenderet, occiderit, hac quidem lege (Cor-
neliâ §c. de Siciariis) *non tenetur: sed melius fecerit, qui eum*
comprehensum, transmittendum ad Praesidem Magistratibus obtu-
lerit. Dummodo meminerimus, illud melius facere unice ad
casum incertitudinis spectare, ne utiquam vero contrâ; tunc enim
obtinebit jus legis §. ff. ad l. Aquil. Cæterum pater-familias, qui
omnes prudentiæ partes implere volet, non tantum studebit fu-
rem apprehendere, sed si non possit, vel non ausit, denunciabit
ei, uti se prehendum præbeat, sin. minùs, eo se furem mis-
surum, unde negant redire quemquam, Faceta in hanc Senten-
tiam est Lex Longobarda, Grotio laudata in not. ad §. 12. C. 1.
l. II. de J. B. & P. *Qui nocte alienam spertem ingreditur, nisi li-*
gandum se præbeat, occidipotest.

Ex iis, quæ hætenus disputata sunt, satis clarè reputem, ve-
ram esse Accursii ad l. 3. ff. de Jus. & jur. & plerorumque Ve-
terum sententiam, jure nostro ad defensionem rerum rectè homi-
nem occidi. Placet ex superioribus addere argumentum, vul-
gò ignotum. Furem interdiarium semet telo defendentem occi-
dere permissum est: at quare? non aliâ sane causâ, quam quia
res meas habet, cumque iis se nitatur subducere. Uti que enim
vitæ meæ periculum non infertur, quandoquidem furem ipse
aggrediar, ille autem se tueatur duntaxat, licet telo. Ob conser-
vationem igitur bonorum si justa non foret cædes, mihi non ef-
fet integrum ex lege XII. Tab. eum, qui se defendit tantummodò,
occidere. Pluribus hæc adstruere non vacat, nec opus est; ut neque
ea destruere, quæ vulgò contrâ adferuntur; sunt enim jejuna valde,
quæ ex Jure Civili in contrarium disputantur. De Philosophia mo-
rali, indeque oriundo hominis officio non agimus, quamvis fortè
& huic satisfecerit suprâ laudatus Paulus in τῷ melius facere: ve-
rùm nil hoc ad Edictum Pratoris, ut Cujacii parcemiâ utar.

Porro de ratione hujusce juris constituti non necessum est
anxiè laboremus; ea siquidem, missis reliquis, videatur con-
sistere in injustitiâ res meas vi mihi auferentis. Conventum
est in Civitatem metu injusti, tempora si fastosque velis evol-
vere mundi: adeoque, quemadmodum Principi & in Prin-
cipem quisque jus vindictæ transtulit, ita sibi facultatem defensionis
naturalem reservavit, idque, si defensio aliter obtineri non
queat,

quæat, etiam cum discrimine alterius vitæ. Bona igitur mea si quis nullo jure invadat, solâ spe: lucri inescatus, aliove modo ad id inductus, quia periculum est in morâ, quæ in delatione magistratui faciendâ requiritur, experiar juris Naturalis, tum redivivi, defensione omnigenâ. Adde, quæ diximus Cap. I.

Quod ad possessionem attinet, rescribunt Imperatores Dioclet. & Maxim. in l. 1. C. unde vi: in hæc verba: *Recte possidenti, ad defendendam possessionem, quam sine vitio tenebat, inculcata tutela moderatissime illatam vim propulsare licet. Recte possidenti, ait d. l. adeoque quæsitum est, an in universon illud recte sit accipiendum, an tantum respectu ejus, qui in possessione turbat, hoc est an injustus possessor adversus injustum adversarium possessionem suam recte tueatur? neque puto dubitandum, qualiscunque enim possessor, hoc ipso, quod possessor est, plus juris habet, quam ille, qui non possidet, inquit Paulus in l. 2. ff. uti possid. & Venulejus in l. ult. ff. de acq. vel amitt. poss. Adversus extraneos vitiosa possessio prodesse solet. Itaque rectè possidenti vim iniqui aggressoris licet propellere l. 1. §. 27. & 28. ff. de vi & vi arm. dummodò illud fiat cum moderatissime inculcata tutela: illa autem quæ sit, in superioribus expositum est. Cum primis tamen hic notandum, quod Ulpianus docet in l. 3. §. 9. ff. eod. fines tutelares in possessione eousque extendi, ut non solum resistere permissum sit, ne dejiciatur; sed et si dejectus quis fuerit, eundem denuò dejicere: addito tamen non ex intervallo, sed incontinenti, sive, ut Julianus in l. 17. eod. de hac ipsâ specie loquens ait, in ipso congressu; ubi & ratio, quod nimirum, qui ita possessionem reciperat, in pristinam causam reverti potius, quam vi possidere intelligendus est.*

lae

le

lex
est / u

CAPUT. Quartum.

QUARTVM.

Si in sapientem non caderet injuria, hominesque vulgò essent sapientes, supervacua foret de retorsione injuriæ disputatio. Sed ita ferè cum humano genere comparatum est, ut animo degeneri magis, quam generoso, si veram μεγαλοψυχίας spectes, & injuriam sibi fieri posse credat, & strenuè propulset, quin & vindicet. An autem; & quousque illa propulsatio jure Civili permissa sit, videamus. Et quidem ambigendum non est, quin, si-

B 3

cut.

cut vim vi repellere in universum permissum est, ita & eam, quæ existimationi inferitur, licetè retorqueamus. Notum est illud Vespasiani: *non oportere maledicis Senatoribus: vemaledicijmo fasque esse.* | Notum est illud Ulpiani in l. 25. ff. de procur. Ferendus est præcursor, pudorem suum purgans, siquidem sc. Dominum mentiri dixerit. Notæ etiam vulgo rationes hujus juris ex l. 14. §. 6. ad l. Carn. de scar. | etiam illæ, quæ catervatim de vitæ, bonorum & famæ comparatione, quia & hujus præ illis eminentiâ conglomerantur. Suffecerit fortè, si solam injustitiam ejus, qui me convitiis proscindit, in causâ esse dicamus, cur justa sit adversus calumnias sui purgatio; idque verum esse, & ratio, & juris auctoritas satis videntur velle: reliqua sic satis sunt lubrica.

Cæterum de modo in præpulsandâ injuriâ servando tenendum est, oportere & eam terminis tutelariis circumscribi, de quibus *καθόλου* in præcedentibus actum est. Hæc simplicissima moderaminis inculpati ratio erit, si quis conviciatorem mentiri dicat: Sed an & cum elogio licebit? tu mentiris, ut fur, ut sicarius. Sanè illud videtur meram sui tuitionem excedere, neque enim me purgare poterit concatenata convitiiorum series in adversarium conficta: atque adeò probabile est, post injuriam, non repulsam modo, sed & vindicatam eo, quo dixi, modo, cessare injuriarum actionem, & paria delicta mutuâ pensatione tolli l. 39. ff. solus. matrim. cum alioquin nulli dubitemus, post simplicem mendacii oppositionem, injuriarum adhuc dum agi posse. Rationem utriusque positionis facile quis viderit, licet certo jure destituamur. Illud verò dubium non habet, peccare contra moderatam defensionem, qui illatam verbis injuriâ verberibus repellit, vel potius ulciscitur: ab hac tamen regulâ excipiendum esse casum, quo projectæ vitæ homo conspicuæ dignitatis viro convitium dicit, recepta DD. sententia est. Qui eadè convitium vindicaverit, fines moderationis transiisse, ut dicamus, non est necesse: nihilominus & hic provocati animi rationem esse habendam, & pro dignitate personarum, factique circumstantiâ excessum duntaxat puniendum, verius est.

Denique quod ad retorsionem injuriæ, sciendum est, eam tum justè exerceri, quum justa sit injuriarum actio. Hæc autem quibus casibus competat, vel potius per vulgarem à contrario regulam, quibus cesset, nostri instituti non est enarrare. Unicam tamen

*) Locus exstat apud Duetonium in vita Vespas. cap. 12.

**) Falsum esse hunc locum, cui libet inspicienti occurret. Videtur Auctor memorare voluisse l. XIV. §. 6. D. de bonis libert. de qua conf. G. Adamsi Struvii Tract. de vindicta privata, Cap. X. aphorismo 6. §. 5. p. 74.

tamen, & illustrem valdè controversiam, utrum scilicet veritas
convitii ab injuriarum actione, & consequenter retorsione, li-
beret, hoc loco prætervehere non possumus. Duo sunt loca,
quod sciam, in hanc rem; l. 18. pr. de injur. & l. 3. C. eod. Pau-
lus in l. 18. ita scribit: *Enim, qui nocentem infamavit, non esse
bonum æquum, ob eam rem condemnari, peccata enim nocentium
nota esse, & oportere & expedire.* Et Impp. Dioclet. & Ma-
xim. in l. 3. *Si non convitii consilio te aliquid injuriosum dixisse proba-
re potes, fides veri à calumnia te defendis.* Communis opinio di-
stinguit, num ea, quæ per injuriam objiciuntur, Republicæ in-
ter sit sciri, ut si cui homicidium, si furtum exprobetur; an vero
ad Republicam nihil, ut si scortatio, si ebrietas, & obji-
ciatur. Priori casu injuriarum agi non posse existimant, posteriori
contra. Quid si duo *videtur* faciatis? injuriarum tenetur, qui
ea, quæ detegit Republicæ interest, alicui exprobraverit; non
item, qui vitia, ut ita loquar, domestica objecerit. Ratio est,
quia in primâ specie injuria mihi fit, si quis, cum publicè pateat
accusandi facultas, privatis odiis me diffamare constituat. In se-
cundâ, siquidem statuamus in ipsâ veri vitii exprobratione *abso-*
lve injuriam esse non posse, neque etiam ea erit circa agendi mo-
dum. Scortationem & contractum ex eâ morbum, ebriositatem,
& similia frustra apud Magistratum incuses, & tamen oportet &
expedit hujusmodi peccata esse nota, cum quia unica eorum pec-
ca est, ipsâ turpitudine facti notari, tum quia Civibus innotesce-
ret illud: *Fenum habet in cornu, longè fuge*, ne scilicet vel eodem
vicio adficiantur, vel quandoque vapulent. Atque ita in cæteris.
Hæc satis commodè applices Paulo in d. l. 18. ff. de injur..

In l. 3. C. eod. ita se res habet: Victorinus quidam homicidium
alicui objecerat, & post annum injuriarum reus agitur. Adit Imp-
peratores, & refert se non convitii animo homicidium exprobrasse;
illi in rescripto duplici modo Victorino consulunt: *Fides veri*,
inquiunt, (id est, si vera sint, quæ proponis, videlicet, con-
vitii propositum abfuisse) à calumniâ te absolvit. Alterum,
~~quod iugiter~~ hoc est; licet probatum foret, conviciandi ani-
mum te habuisse, tamen benè se res habet, post annum enim mo-
vetur actio, cui annuo tempore præscribitur. Concedunt igitur
Impp. intra annum potuisse injuriarum agi, si homicidii convi-
tium reverâ fuisset dictum, idque contra sententiam commu-
nem.

nem. Sed, regerent; falsum fuit eo casu convictum. Quis hoc dicit? immo verum, si ei *fides veri* ad homicidium referas cum iis, qui opinionem communem tuerentur. Licet autem nos eâ sententiâ non utamur; ut ex datâ *obsequio* petet, in omnem eventum tamen res est dubia. Adeoque *d. l. 5.* vel ea, que diximus, confirmat profus, vel utique iis non adversatur.

Si quis autem ea, que hæcenus de convictio vero à nobis disputata sunt, *obsequio* nimis, & per hoc vera minus existimare velit, per me licet sententiam *Covarruvie Variar. Resol. I, 11, 6.* sustineat, quâ injuriasum tenetur, qui quodcumque convictum alicui objecerit, dummodo injuriandi animo: quam interpretationem satis admittit, & probat *d. l. 5. C. de l. 19. §. 25. ff. de injur.* ac ita Paulum in *l. 18. ff. eod.* intelligimus de infamatione per accusationem publicam. Tantum de propulsatione vis injustæ.

COROL

COROLLARIA.

I.

Matrimonium esse contractum, videamus, an defendi possit.

II.

Separatâ habitatione Filii-fam/ non tollitur Patria potestas. / ihus / p

III.

De adventitiis plenis Filium-fam/ testari posse putem. / ihus

IV.

Contubernatus Jure Civili utique est licitus.

F I N I S.

COROLLARIA.

I.

Matrimonium esse contractum videtur.
non, cui defendi possit.

II.

Separata habitazione Filii fam. non
tollitur Patris potestas.

III.

De adolescentis plenis Filium fam. re-
sponsa posse putem.

IV.

Concubinatus Jure Civili utique est
licitus.

F I N I S .